



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Res Integra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Decimosextò, si opponatur subreptio, vel subreptio rescripti, quis teneatur probare, impetrans, vel recipiens? Vide Anchar. in cap. exceptionis, numero, 7. ver. 4. de lit. contest. libro 6.

Decimoséptimò, utrum in citatione facta à delegato debeat inferi originale rescripti, vel tenor, & an si secus fiat, processus sit nullus, & sententia nulla? Vide l. sancimus, C. de divers. rescript. & Vinc. de Anna, in alleg. 24. 1. vol. & vide superius in ver. delegatus, §. 4.

Decimo octavò, quid si impetro rescriptum contra Rectorem alicuius Ecclesie, & antequam citeretur, moriatur, nunquid successor possit per illum conveniri? responderetur quod non: Host. in Summ. hoc titulo num. 21. Ratio est, quia res est integra.

Decimononò, contra rescriptum quot modis possit excipi, vide Hostienf. loco citato, numero 30. ubi ponit nonaginta & unam exceptiones, quas videat pro practica quotidiana, & tit. de crim. falso, §. porro, num. 3.

Vigesimò, an, & quando rescriptum impetratum contra aliquem, & moriente eo, possit agi contra hæredes illius, vel universales, vel particulares, vel successores illi in dignitatem, vide, & distingue cum Cap. Tolos. quæst. 265. & ibi additio.

## RES INTEGRA.

Res integra quando dicatur in iudiciis, & quando in negotiis: vide Abb. in Clemen. procuratorem, numero 2. de procur.

& hæc faciunt pro dictis, in versiculo de legatis, num. 2. & res integra dicitur, quando non est ad effectum demandata, licet super ea sint facti actus aliqui, Gig. in cap. ubi periculum, §. sanè, notab. 2. de elect. libro 6. sed Abb. loco citato, dicit, quod res integra in iudiciis dicitur ante litem contestatam, in negotiis, antequam fiant præparamenta ad negotium promovendum. Sed Gem. in cap. quamvis, vers. in fine gloss. hic, de offic. deleg. libro 6. dicit per citationem, vel quemcumque actum prævium citationi facultatum à iudice in causa, Gloss. ibi in vers. usus. & Philip. Franc. per citationem, vel etiam si præsentibus ambabus partibus, ibi facit aliquem actum, puta, recipit rescriptum, facit præsentationem, & Notarius facit aperturam processus, idem ibidem, versic. videtur difficultas.)

## RENUNTIATIO, SEU PERMUTATIO, SIVE RESIGNATIO.

## S U M M A R I U M.

1. An resignatio beneficii possit fieri coram locorum Ordinariis.
2. Quibus casibus concurrentibus.
3. Qua servanda in dicta resignatione.
4. Coram quibus fieri possit.
5. An qui habet solam signaturam seu supplicationem, possit resignare.
6. An qui permutaverit beneficium suum cum aliquo, qui asserbat beneficium valere centum & postea reperit non tantum valere, possit repetere & si per multos annos exegerit bona fide, peccet labe simulationis.

D d d 2

7. An